Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36552
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

86

Deos uero uestros demones scio. quos in cassum irritat hostiis
pecorum. quam animarum uestrarum mortibus honoratis. Quo
modo autem uultis ut ego eos timeam. a quibus ut audio di
centes me timere. Ad hanc uocem episcopi. omnis ille sacri
lege multitudinis tumultus inse canduit. Thau
roque illo qui uictime fuerat preparatus. fune lateribus cir
cumdato. et post terga dimisso. administerium sue crudeli
tatis iniungunt. Postrema enim parte funis eius qui ad poste
riora thauri defluebat ipsius sancti uiri pedes illigant
atque stimulis acrioribus thaurum de superiori parte
capitolii in plana precipitant. Nec mora inter primos
descensionis ipsius gradus capite colliso. cerebroque
discusso. et corpore omnium membrorum parte lacerato.
dignam deo animam Christus excepit. quam pro nomine suo fi
deliter dimicantem supplicius furor gentilis extorse
rat. suis pro uictorias aureas coronaret. Exanime tamen
corpus neque obnoxium iam illius iniurie usque ad eum locum
thauro ferente perductum est. ubi fune disrupto tumu
lariam eo tempore meruit sepulturam. Nam a paucis id tem
poris christianis ipsisque propter furorem gentilium sancti uiri
corpus humare metuentibus. due tamen mulierculae
sexus infirmitatem fidei uirtute uincentes. et uiris
omnibus fortiores. et sui sacerdotis exemplo credo ad
tolerantiam passionis armate. beati uiri corpus ligneo
feretro inmissum quam maxime in profundo loco co
acti ediderunt. ut uenerandas sanctas sibi reliquias non tam
sepelire quam abscondere uiderentur. ne forte sacri
lege mentis homines si aliquid eiusdem corporis